



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Gabellas imponere

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

non peccare mortaliter. Nam non peccat mortaliter ratione sui furti, est enim modicum; nec ratione alieni, quia ad illud non concurrit, & præter ipsius intentionem est, quod suum cum aliis iungatur *part. 2. tractat. 17. resolut. 42.* Ob quam etiam rationem dicendum cum Vasquez *ibid. num. 6.* contra Bonacinam *de contr. disputat. 2. quest. 8. punct. 2. num. 5.* eum, qui modicum furaretur a Petro, a quo alii notabilem quantitatem surripissent, non peccare mortaliter. Nam is non esset causa notabilis damni, quia iam illatum erat, & furtum suum est partium. *part. 2. tractat. 17. resolutio. ne 41.*

Non bene dicit Valer. licere omnibus ingredi alienam vineam, & vnum, vel alterum racemum comedere, ex Deuteronomio 23 ubi dicitur; *Ingressus vineam proximi tui, comede vnas quantum tibi placuerit, foras autem ne offeras tecum.* Sed si hæc opinio esset vera, vix vinearum dominis. Nec video cur non idem dicendum esset de pyris, ficis, pomis, &c.

10 Adverte quod Valerius *verb. Peccatum diff. 23.* ait, licere, absque vlla culpa ingredi alienam vineam, & vnum, vel alterum racemum comedere, ex Deuteronomio 23 ubi dicitur; *Ingressus vineam proximi tui, comede vnas quantum tibi placuerit, foras autem ne offeras tecum.* Sed si hæc opinio esset vera, vix vinearum dominis. Nec video cur non idem dicendum esset de pyris, ficis, pomis, &c.

Furtum rei sacrae est sacrilegium.

11 Furtum rei sacrae, aut de loco sacro, est sacrilegium. Quod ad alias furti circumstantias in confessione explicandas, vide *verb. Circumstantia ubi.*

12 Volenti furari à paupere licitum est proponere minorem iniuriam, quàm inferret furando à divite. An etiam consulere, ut à divite potius quam à paupere, nummos surripiat. Vide *verb. Scandalum, num. 5.*

Sipromulgatur censura contra non revelantes furtum, & si filius eius, qui bona amittit, nemo tenetur illum, vel eius complices revelare.

13 Quando promulgatur monitorium, ut reveleetur furtum factum de bonis certae personae, non tenetur quis revelare filium talis personae, si ille furatus esset, nisi constet mentem patris esse, ut etiam filius, si reus sit, manifestetur. Nam pater nunquam praesumitur velle filios diffamare. Ita contra Naldum *verb. Excommunicat. num. 8.* & *verb. Filius num. 3.* Raynaud. *de monit. par. 1. cap. 3. quest. 14.* Qui tamen id non extendit ad complices. Sed hoc etiam est difficile, nam eo ipso quod revelan-

tur socii, & complices, certum moraliter est detegendos esse filios *p. 5. tract. 13. ref. 69.*

Ex furto oritur obligatio restitutionis tam in iure, quam in concussis, de qua re vide *verb. Restituere quis teneatur ex iniusta actione.*

14 Siquis furatur aliquem librum historiarum ex bibliotheca Regularium peccat, & tenetur illum restituere, et si habeat animum duplum largiendi Monasterio. Diana *part. 10. tractat. 13. resolut. 42.*

GABELLAS Imponere.

1 **A**D gabellarum iustam, & licitam impositionem requiritur iustitia, tum ex parte causae efficientis, ut qui illas imponit sit supremus populi dominus, alium superiorem in temporalibus non agnoscens, quales sunt Papa, Imperator, Reges, multique Duces, ac Republicae, vel alii inferiores de licentia Papae, aut Principis supremi: tum ex parte causae materialis, quae duplex est, mediata, ut est persona, & immediata quae sunt illius bona: tum etiam ex parte causae formalis, & finalis. Si ex omnibus his capitibus adsit iustitia, quam explicabimus, gabellae licite imponentes & eas imponentes excommunicantur in quinto Canone Bullae *Coenae.*

Gabella non possunt imponi absque metu excommunicationis nisi iusta sint.

2 Circa causam materialem remotam, illicita est omnis gabella imposta super rebus Ecclesiasticorum, & illam imponentes incuriunt excommunicationem *cap. quamquam, & Bullae Coenae can. 8.* ut docet Duardus *in Canon. 5. quest. 6. num. 15. par. 1. tractat. 2. resolut. 48.* Non solum si imponatur super bonis Ecclesiasticis, sed etiam super patrimonialibus: nam ubi canon dicit imponentes decimas, &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum Ecclesiarum bonis, distinguit distinctionem eorum à dictione Ecclesiarum, vnde cadere non potest, nisi in bona patrimonialia.

Et nuntiam erunt iusta, si tamen imponentes Ecclesiasticos.





*Data.  
Empta.*

*Vel quomo-  
documque  
acquisita.*

*Etiamsi  
tangant  
indirecta.*

rimonialia, quæ nullo modo ad Eccle-  
siam pertineat. Idem habetur in cir. cap.  
quamquam, de censur in 6. & cap. 1. de im-  
munit. Eccles. docentque Theologi com-  
muniter cum Homobon. part. 2. tractat.  
21. cap. 6. quæst. 9. contra Bodadillam tom.  
2. lib. 2. cap. 18. num. 160. aliosque Iuris  
consultos apud ipsum, qui supradictam  
doctrinam restringunt ad bona patri-  
monialia, ad quorum titulum Clerici  
sunt ordinati. part. 1. tractat. 2. ref. 40. & tr.  
3. resol. 22. in fine, & part. 5. tractat. 1. resol. 27.  
§. Resat. Et eadē est ratio de bonis Cle-  
ricorum acquisitis ex testamento, do-  
natione, captione, aut quovis alio titu-  
lo, ut dicemus verb. Immunitas Ecclesia-  
stica, n. 4. Quare improbanda videtur  
consuetudo Neapolis, quod Ecclesiasti-  
ci solvant gabellas super bonis donatis,  
teste Riccio part. 4. Collect. 901. ut eam  
improbat Duardus in can. 18. Bullæ Co-  
næ quæst. 6. n. 12. & nos generaliter om-  
nem talem consuetudinem Verb. Con-  
suetudo, h. n. 2. part. 1. tractat. 2. resol. 43.  
Non solum autem directè, sed nec indi-  
rectè onerari possunt Ecclesiastici pon-  
dere gabellarum. Unde si imponatur ex  
quavis iusta causa gabella, etiam modi-  
cissima, communiter à laicis, & Eccle-  
siasticis solvenda, ut si augeatur modi-  
cum pretium comestibilium absque i-  
psorum consensu, & licentia Papæ, ut  
infra, immunitas Ecclesiæ violatur. Ita  
Megala part. 2. lib. 2. cap. 17. quæst. 6. num.  
106. & alii contra Malderum in 2. 2. tra-  
ctat. 5. cap. 6. dub. 11. (Nec ad rem distin-  
guat Sylvest. verb. immunitas num. 28.  
dum talem gabellam tunc non licere in-  
quit, quando imponitur animo extor-  
quendi à Clericis pecunias, cum aliter  
non possint. Nam exemptio Clericorum  
non dependet ex bono, vel malo ani-  
mo imponentium gabellas par. 1. tractat. 2.  
resol. 83.) Quare Henricus lib. 5. cap. 15.  
num. 5. in gloss. litt. P. admonet in tali casu  
aperiri tabernam peculiarem, in qua  
Ecclesiasticis victualia absque gabellæ  
onere vendantur. Sed hoc etiam pati-  
tur difficultatem: quia arctat Ecclesia-  
sticos ad emenda victualia in vna taber-  
na, cum de iure liberi sint ad emenda v-

bicumque sibi placuerit part. 1. tractat. 2.  
ref. 40. 83.

Ex quibus patet, pragmaticam super  
chartam, vulgè dictam *Papel sellado* si  
imponatur solvenda etiam ab Ecclesia-  
sticis, violare immunitatem. Est enim  
gabella, quia eius taxatio est immoder-  
ata, & non potest mereri nomen pre-  
tium: quod autem dicunt, excessum val-  
oris sumi à Principe, sicut augmentum  
monetæ in casibus necessitatis, aut  
computari inter regalias, quæ licitè  
sumuntur ab Ecclesiasticis, non solvit  
difficultatem, nec tollit, quin hæc prag-  
matica sit gabella: nam augmentum  
monetæ sumitur in casu necessitatis pu-  
blicæ, deficiente æratio & tunc habet  
rationem gabellæ, ut ait Mariana de  
iust. reg. lib. 3. cap. 8 & etiam gabellæ ve-  
niunt nomine regalæ, sicut angariæ,  
perangariæ, portus, &c. quibus Eccle-  
siastici non tenentur. Vlpian. enim  
in l. interpublica, §. ult. ff. de verb. signific.  
numerat inter vectigalia redditus Fisco  
provenientes ex salinis, ut notat Porai-  
tius de arar. lib. 5. cap. 4. quæ tamen sunt  
de Regalibus, & vectigalia vocantur à  
Bucero de Regal. cap. 3. num. 141. proven-  
tus ex piscariis, quæ etiam de regalibus  
sunt. Accedit contra prædictam prag-  
maticam, quod per eam interdicitur  
Ecclesiasticis, quod sibi de iure licitum  
est, nimirum ut in iudicio chartis papy-  
raceis absque nota regii sigilli, quidquid  
autem restringit Clericorum libertate-  
tem, prohibendo, vel præcipiendo illis,  
quod nec divino, nec Canonico iure  
prohibitum, vel præceptum est, violat  
immunitatem, ut dicemus verbo *Statu-  
tum*. Neque dicas, dictam pragmaticam  
latam esse propter bonum publicum ad  
vitandas fraudes instrumentorum, &c.  
nam etiam stante pragmatica falsificati  
possunt instrumenta, cum charta signa-  
ta omni clementi liberè sit exposita. Ad-  
de, quod publica utilitas non operatur  
validitatem statuti, si non concurrat po-  
testas in statuente, ut Felinus in cap.  
Ecclesiam num. 89. Unde publicum bo-  
num, & utilitas non prohibet laicis iu-  
rif-

*Ut est prag-  
matica di-  
cta (Papel  
Sellado.)*



risdictionem aliquid statuendi circa Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, cap. bene quidem dist. 96. cap. qua in Eccl. de const. & alibi passim. p. 6. tract. 3. resol. 7. §. Sed ad rem. Et ita haec sententiam tenet P. Araujo. in 1. 2. q. 97. disp. 2. scilicet 5. quem vide p. 6. tr. 8. res. 1.

*Vi si imponatur emporioribus tam Ecclesiasticorum, quam laicorum, secundum aliquos.*

Maius dubium est, an sit contra immunitatem gabella soluenda ab emporioribus rerum tam laicorum, quam Ecclesiasticorum. Nam Molina de iust. tom. 3. tract. 2. disputat. 653. num. 5. & alii negant: Quia emporiores Ecclesiasticorum non praegravantur emporioribus laicorum, & Ecclesiastici semper habebunt suum pretium legale indivisibile, & inalterabile, gabella vero quae illi additur, est ab illo distincta, & pertinet ad emporiores. At Menoch. lib. 2. cons. 136. cum aliis affirmat: tum, quia Ecclesiastici habent ius ita liberè contrahendi, ut ne laici cum eis contrahendo gabellam solvant: tum maxime, quia existente gabella, res minoris venduntur, n. m. pretium statuitur consideratis multis circumstantiis, praesertim gabella. Belleus part. 1. tit. de exempt. Cler. §. 8. numero 2. distinguit: aut gabella est adnexa contractui venditionis, & tunc est iniusta, quia laedit venditorem immunem: aut est ad vera actui separato à contractu, v. gr. asportationi, & tunc est iusta, quia non laedit Ecclesiam, part. 1. tractat. 2. resolut. 49.

*Nisi in casu necessitatis publicae.*

*Deficientibus facultatibus laicorum tam in communi quam in partibus laici.*

3 Possunt nihilominus Principes absque metu censurae vestigal laicis, & Ecclesiasticis permittim imponere ob publicam necessitatem, v. gr. tempore pestis, certis conditionibus concurrentibus. Quarum prima est, ut facultates laicorum non sufficiant. Et quidem tunc non sufficere dicuntur, quando defunt facultates non solum communitatum, sed ipsorum etiam particularium relictis necessariis secundum statum, etiam in necessitatibus aequè Clericos, ac laicos respicientibus, & sic hanc facultatem concessit Dominus Noster Viban. VIII. pro Ducatu Mediolanensi, quoniam, ut ipse, *Universitatum, & hominum eiusdem status facultates non sup-*

*petunt. expende illud universitatum, & hominum.* Et certe alias Clerici talibus gabellis ferè semper obnoxii essent, quia civitates in communi non sunt tam opulentæ, ut pro communibus necessitatibus sufficiant; & sic pari passu laici, & Ecclesiastici incederent. Ita Megala vbi supr. num. 123. contra Palaum tom. 2. tractat. 13. *disputatione vnic. punct. 9. numero 9. part. 3. tractat. 5. resolutio. 11. §. Quæro tertio.* Recitanter olim part. 1. tractat. 2. resolutio 134. Publica autem necessitas intelligitur illa, quæ aequè principaliter concernit laicos, & Clericos, non quæ istos secundo, & minus principaliter respicit, ut est in reparacione murorum, pontium, &c. in custodia Regni, manutentione exercitus in partibus inimicorum, ne hi naturale Regnum invadant. part. 1. tractat. 2. resolutio 79. & faciendis expensis pro primo introitu Regis in civitatem, part. 3. tractat. 1. resolut. 11. & similibus, unde in his casibus gabellas ab Ecclesiasticis exigentes violarent legem cap. non minus, & cap. adversus, de immunitat. & canonem 18. Bulla Coena, nec non legem Civilem authent. item nulla communitas, Cod. de Episcop. & Cleric. in qua correctæ fuerunt l. ad instructiones, & leg. placet num. 1. Cod. de Sacram. Eccl. ut docet Azorius part. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 10. Ita Theologi communiter cum Homobono, part. 3. tractat. 11. cap. 6. quæst. 9. contra aliquot Iuristas, part. 1. tract. 2. resolut. 39. & tract. 3. resolut. 22. Secunda conditio est, ut concurrat consensus populi, & Clerici, & nomine Clerici non intelligitur solum capitulum Cathedralis, ut docuit Suarez de immunitat. lib. 4. cap. 26. num. 16. Sed Clerus totius diocesis, vel saltem alia Capitula eiusdem Urbis, & Vicariis foranei diocesis, iuxta Barbosam in Collect. tom. 2. lib. 3. tit. 49. num. 7. & alios. Rota autem Romana apud posthum. Farinacii tom. 2. decision. 42. requirit consensum totius Clerici, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus peculiariter approbari, cap. cum omnes de constit. part. 5. tractat. 3. resolut. 11. §. Quæro secundò. Tertia conditio est,

*Concurrens consensu Clerici.*

*Et Summi Pontificis.*



est, vt præcedat licentia Summi Pontificis, sine qua consensus Episcopi, & Clerici iuxta capit. *adversus*, non sufficit etiam in casu, quo necessitas publica concerneret & quæ principaliter Ecclesiasticos ac laicos, non obstantibus iis, quæ docuit *part. 1. tractat. 2. resolut. 4.* quæ melius explicavi postea *resolut. 133.* (Nisi periculum esset in mora, in quo casu pro prima gabellæ impositione, modicave duratione vsquequo Summus Pontifex adire possit, sufficeret consensus Episcopi, & Clerici. Ita Palus

*Cuius Bullas accipientes Episcopi, & executuri examinet, num sup- plicata sint vera.*

*Et tunc ex actio fiat per Ecclesiasticos deputatos ab ipsis.*

*ubi supra numer. 7. & Rota in vna Leodiensis gabellæ die 29. Martii 1604.* Quapropter Vrbes Florentia, Panormus, & Mediolanum pro imponendis gabellis similibus in necessitatibus, impetraverunt Bullas Summi Pontificis *part. 5. tractat. 1. resolut. 11. & 15.* Admoneri autem debent Episcopi, vt cum tales Bullæ impetrantur, advertant, non narrata in supplicationibus vera sint, nec id intendunt Pontifices, dum dicunt *Stantibus præmissis, consisto tibi de narratis, & cetera.* Immo videntur audire debere Clerum, & alios, de quorum interesse agitur: nam in Bullis dicitur, *vota Clero, & c.* Ita Marchius *de peste part. 4. capit. 4. num. 29. resolut. 11. cit. §.* Notandum. Quando verò Ecclesiastici stantibus prædictis, gabellas solvere tenentur, tantum abest, vt à iudice laico compelli possint, vt docuit Salgado, *part. 4. capit. 4. num. 100. part. 1. tractat. 2. resolut. 42. & part. 3. tractat. 1. resolut. 44.* Quod exactio fieri debeat per personas Ecclesiasticas deputatas ab Episcopo, vt expressum est in Bulla Urbani VIII. concessa pro Ducatu Mediolani *part. 5. tr. 1. resolut. in fine.*

*An Panormi licitè solvatur in fine anni (loca sciato?)*

4. Petes hic. An liceat Republicæ ab Ecclesiasticis gabellas exigere, animo eas restituendi postea in fine anni, vt facit Civitas Panormi soluendo *loca sciato.* Quardus *quæst. 15. num. 3.* negativè respondet, quia magno incommodo est illis solvere, vt post tantum tempus recuperent nisi id ipsis compensetur soluendo aliquid plus. Sed quia hic Panormi id fit cum consensu Episcopi,

& Cleri, non habeo scrupulum *part. 1. tr. 2. res. 45.*

5. Circa causam materialem proximam, Toletus *lib. 5. cap. 74.* cum aliis multis damnat vsum imponendi gabellas super rebus ad proprios, & familiaris vsus necessariis, puta frumento, vino, oleo, carnibus, &c. Tum quia prohibetur in *l. universi, Cod. de vectig. & in l. omni, Cod. de veterat. & in l. omni, Cod. de veterat.* determinatur, vt gabellæ imponantur solum in rebus mercimonii, & negotiationis causa asportatis. Tum etiam, quia tales gabellæ onerant æquè pauperes ac divites. Immo plus illos, quia panem, vinum, & reliqua comestibilia frequentius emunt, quam divites; quod tamen est contra iusticiam distributivam. Adde, quòd his gabellis onerantur etiam peregrini, qui non tenentur ad tributa. Ex quibus Lessius *lib. 1. cap. 33. dub. 7. n. 51.* tales gabellas in his casibus tantum imponi permittit, nimirum, quando ad esset concessus populi, vel immemorialis consuetudo: nã cum hæc gabellæ, inquit Turrianus in *2. tom. 2. disputat. 14. dub. 3. num. 1.* nõ sint prohibita iuræ naturæ, sed civilitatem, legitime præscripta consuetudo potest illas iustificare. Item quando urgente necessitate publica, alia vectigalia exigere non possent, aut non sufficerent, aut quando securitati alium rerum aliunde de veteratum aliter consuli non posset. Hæc opinio est probabilis. Sed placet opinio Suarez *de leg. lib. 5. cap. 16.* & aliorum absolute docentium, tales gabellas esse iustas. Primò, quia in illis servatur proportio, quantum potest, nam pauperes pro numero suæ familiaris in comparatione ad divites de huiusmodi rebus minus emunt, & sic minus solvant. Secundò, quia, vt notat Malderus in *2. tractat. 5. cap. 6. dub. 6.* id quod pauperes solvunt æqualiter cum divitibus, cum isdem sibi compensant eo carius vendendo operas suas, quo carius valent comestibilia. Terriò, quia oppressio pauperum, quæ in his opponitur, contingit etiam in gabellis mercium, & negotiationum, nam quò mercatores suas carius emunt merces, eò

carius



carius pauperibus vendunt. Et tandem, quia tales gabellæ minutim, & veluti infensibiliter solvuntur, minoraque habent murmura, & minora incommoda, quam in censu capitis, aut patrimonii, nam in æstimatione patrimonii interveniunt ostia, depravata iudicia, &c. multi etiam exactores sunt necessarii, quorum stipendiis crescit tributum. Leges in contrarium citatas Turrianus ubi supra ait mutari posse, præsertim quod gabellas imponunt Principes, & Magistratus habentes onerum, & mistum Imperium. Ad illud de oppressionem pauperum, patet ex dictis. Ad illud de peregrinis responderetur, quod Peregrini in nostris laboribus solvantur, compensari cum eo, quod nostri solvunt in suis. Ita Malderus in 2. tractat. 5. cap. 6. dub. 6. part. 1. r. 11. resolut. 38. & part. 1. r. 17. res. 28.

Si vires Regni sufficiunt.

6 Ex parte causæ formalis gabella iusta est, si imponatur cum proportione non solum vasallorum inter se, ut mox num. præcedent. dictum est: sed etiam absolute ad vires Regni. par. 1. tractat. 3. resolut. 2. nam posita etiam necessitate, & causa iusta in aliis generibus, si vires Regni non sufficiunt, gabella iniuste imponitur. Ibid. resolut. 9. Immo si vasalli sint multum onerati, Rex non solum non debet novum tributum exigere, novaque gabellas imponere; sed etiam antiquas minuere, & suspendere gratias, & pensiones etiam in remunerationem concessas: nam hæc concedi solent, & debent cum conditione,

Etiamsi o. d. v. a. par. tem valo. ris, ip. s. a. r. rum ex. cedat.

quamdiu Regnum solvere poterit. Ita Aponte de potest. pror. tit. 5. num. 21. & sequent. Ibid. resolut. 14. Dubitat præterea Corlectus in propugn. vestig. serici, an gabella excedens octavam partem valoris rei, propter l. ex protestatione, Cod. de vestig. sit iusta. Sed, si ad sint cætera requisita puto dictam legem non obstat: tum quia non obligat, nisi in Regnis nunc subiectis Imperatori, ut docet Suarez de leg. lib. 5. cap. 16. num. 5. tum etiam quia per contrarium usum abrogata fuit. Vide Malder. ubi sup. dub. 5. part. 2. res. 133 §. Quæ ad secundum. Summa Diana.

7 Denique iustitia ex parte causæ si nulla est, quod gabella imponatur ob publicam utilitatem, & in necessitate communi. Ita Turrianus in 2. 2. tom. 2. nisi ob necessitatem, part. 1. tractat. 3. resolut. 2. Publica necessitas dicitur etiam necessitas Regis, nam hæc quoque vergit in perniciem totius Regni, etiam si in illam sua culpa redactus sit, ut propter ludam largitiones immoderatas, bella iniusta, vel quid simile, in quibus proinde casibus gabella pro sublevanda Regis miseria iuste imponitur, ut docent Neoterici communiter. Nisi quod Lefsius lib. 1. cap. 33. dub. 6. num. 48. advertit, in his casibus debere Reges a prodigalitatibus, & sumptibus parum necessariis abstinere. Ibidem resolut. 4. Publica item necessitas dicenda est bellum, quod Rex patitur in aliis Regnis: nam si hæc debellantur, periclitabitur quoque nostrum: quia inimici despecta, ut potè dominura, Regis maiestate, ad auferendum omnia ab eo Regna animum applicabunt. Quare bonum est nobis, ait Vasq. de restit. cap. 6. §. 3. dub. 1. n. 7. inimicos nostris sumptibus alibi profligari, aut saltem detineri, & nos interim pace gaudere, quam illos domi infensos habere. Indecorum autem esset Regi maiestati, ac contra legitima regna iura quod Rex unico contentus Regno, alia, quæ iusto possidet titulo, ab aliis usurpada relinqueret. Sed hæc omnia procedunt de iure communi, & nisi obstant leges municipales alicuius Regni, ut obstat in Regno Sicilia, ut dicemus infra Verbo, Parlamentum, n. 5. Ibid. resolutione 5.

Sed nulla gabella imponi debet, nisi ob necessitatem publicam. Vel etiam ipsius Regis. Etiam culpabilis.

Et ob bellum passum in aliis Regnis.

Vbi non obstant iura municipalia.

GABELLAS

Soluere.

8 ¶ Gabellas soluere tenentur vasalli, & subditi imponentiū, non tenentur nisi sint privilegiati. Et verò non tenentur Clerici etiam in minoribus, etiam consueti. Ita Molina tom. 3. tra. 2. surati.

C c c

Et. 2. surati.